



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De Turpiloquio. Cap. XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

Multiloquium peccatum est, à quo Primo debet colligi hoc q̄ signum est imbecillitatis. Hiero. Inter canes quibus firmior est, magis latrat. Secundo verò hoc, q̄ multiloquium hominem odiosum reddit, pauciloquium vero amabile. vnde quidam philosophus interrogatus quomodo quis hominibus placere vellet placere, inquit: Si gesseris optima, & locutus fueris pauciloquus. Eccl. 9. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus: & reuerentia in verbo suo odibilis erit. ¶ Tertio hoc, q̄ multiloquium impedit conuersionem. vnde Iob 11. Nunquid vir verbolus iustificabitur? Leui. 15. Vir qui parit fluxum seminis, immundus erit. ¶ Quarto verò hoc, q̄ in multiloquio non deest peccatum, legitur Prou. 10. Et Eccl. 20. Qui multis utitur verbis, lædit animam suam. Et Eccl. 5. In multis sermonibus inuenietur stultitia. ¶ Quinto hoc, q̄ multiloquium signum est stultitiæ. Vnde Eccl. 10. Stultus verba multiplicat. Et Prou. 29. Totum spiritum suum profert stultus. ¶ Sextum verò est hoc, quod dicitur in Psal. 140. Linguosus nō dirigitur in terra. ¶ Septimum est hoc, quod frequenter accidit, q̄ vbi est multitudo verborum, ibi est indigentia operum. Sicut vbi multum est de paleis, ibi saepe parum est grano. Prou. 14. Vbi verba plurima, ibi frequenter egestas. Qui tantum verba sectatur, nihil habebit. ¶ Octauo magna utilitas, quæ est in cauendo multiloquio. Vnde Eccl. 19. Qui odit diuocacitatem, extinguat malitiam. Prou. 12. De fructu oris labi plebitur vniuersique bonis. Legitur in vitis patrum, q̄ qui porrauit lapidem tribus annis in ore, vt viraret multiloquium.

De Turpiloquio. C A P. XXII.

Turpiloquium, peccatū est, à quo dissuadet nos Apostolus ad Ephes. 5. fornicatio autem & omnis immunditas aut auaritia nō nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpilitudo, &c. Ab hoc peccato multum debemus cauere: quia peccatum est turpilitudo in ore, vbi multum indecens est immunditia. Præterea turpiloquium proximum corrumpit. Vnde 1. Corint. 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua, &c. Timoth. 2. Quorum sermo serpit vt cancer. Corruptit enim ipsum qui turpiter loquitur, vt tandem turpia opera nō abstinere possit. Seneca. Turpia ne dixeris: paulatim enim per verba peccata deiciuntur, vt à verborum dicacitate abstinemus, & potius sumus à turpibus. Natura linguam in medio capite collocauit, quod denticulorum multitudo, & labia circumstant, ad insinuandum, quod tacendum est, vel iuste loquendum: secus est de auribus quas rotundas reliquit, & ita de aliis sensibus. Insuper à multitudinem

li loquendi habitus emergit, qui virum ita propensum ad illa te loquendum reddit, quod abstinere agerrimè potest. Propterea habitus ne generetur à principio obuiandum est: secundum quod dicit metrista: Principiis obsta, sero medicina paratur.

De scurrilitate, & de his qua valere possint contra hoc peccatum.

CAPVT XXIII.

Scurrilitas, quæ à stultis curialitas dicitur, est iocularitas, sicut dicit gl. super epistolam ad Ephe. 5. ¶ Cōtra quod peccatum, Primo possunt valere verba sacræ scripturæ quæ illud dissuadēt: vt est illud ad Ephes. 3. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Et 2. ad Thess. 3. Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. His autè qui huiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes panem suum manducent. ¶ Secūdo potest valere cōtra hoc peccatum, si scurras diuersis generibus rerum comparemus.

¶ Notandum ergo quod scurra est velut capra, vel simia, cum quibus ludit diabolus, & homines excitat ad risum. Capra animal fœtidum est. Simia animal deformè. Sic tales valde fœtidi sunt & valde deformes. Ipsi etiam sunt fures damnosissimi. ¶ Tempus enim, quo nihil est pretiosius in vita ista, inter transitoria hominibus furantur. ¶ Ipsi consolatores sunt eorum qui laborant in seruitio diaboli. Ipsi releuant falsis recreationibus labores eorum qui vadunt in infernum, ne deficiant in via. Ipsi faciunt etiam obdormire homines in peccatis, vt à diabolo deferantur in infernum, & non excitentur. ¶ Tertio potest valere contra hoc peccatum, si ponantur ea, quæ sacra scriptura dicit de risu huius temporis, ad quem verba scurrilia excitant.

¶ De risu huius temporis.

NOTANDVM ergo quod risus huius temporis error est. Vnde Eccl. 2. Risum reputaui errorem. Est etiam velut quædam ebullitio stultitiæ. Vnde Prou. 15. Os fatuorum ebullit stultitiam. Fit autem hæc ebullitio ad ignem prauæ cōcupiscentiæ, scurra sufflante illum ignem vento vanitatis incluso. Risus autè talis, est velut sonitus spinarum ardentium sub olla crepitantium. vnde Eccl. 7. sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. ¶ Item risus talis, est velut quidam nuntius stultitiæ cordis exterius insinuans. Vnde Eccl. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Item risus talis maledictus est. Vnde Luc. 6. Vx vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis.

¶ Quod